

Liber Ruth

1:1 in diebus unius iudicis quando iudices praeerant facta est fames in terra abiitque homo de Bethleem Iuda ut peregrinaretur in regione moabitude cum uxore sua ac duobus liberis 1:2 ipse uocabatur Helimelech uxor eius Noemi e duobus filiis alter Maalon et alter Chellion Ephraei de Bethleem Iuda ingressique regionem moabitudem morabantur ibi 1:3 et mortuus est Helimelech maritus Noemi remansitque ipsa cum filiis 1:4 qui acceperunt uxores moabitudas quarum una uocabatur Orpha altera Ruth manseruntque ibi decem annis 1:5 et ambo mortui sunt Maalon uidelicet et Chellion remansitque mulier orbata duobus liberis ac marito 1:6 et surrexit ut in patriam pergeret cum utraque nuru sua de regione moabitude audierat enim quod respexisset Dominus populum suum et dedisset eis escas 1:7 egressa est itaque de loco peregrinationis suae cum utraque nuru et iam in uia posita reuertendi in terram Iuda 1:8 dixit ad eas ite in domum matris uestrae faciat Dominus uobiscum misericordiam sicut fecistis cum mortuis et mecum 1:9 det uobis inuenire requiem in domibus uirorum quos sortiturae estis et osculata est eas quae eleuata uoce flere coeperunt 1:10 et dicere tecum pergemus ad populum tuum 1:11 quibus illa respondit reuertimini filiae mi cur uenitis mecum num ultra habeo filios in utero meo ut uiros ex me sperare possitis 1:12 reuertimini filiae mi abite iam enim senectute confecta sum nec apta uinculo coniugali etiam si possem hac nocte concipere et parere filios 1:13 si eos expectare uelitis donec crescant et annos impleant pubertatis ante eritis uetulae quam nubatis nolite quaeso filiae mi quia uestra angustia me magis premit et egressa est manus Domini contra me 1:14 eleuata igitur uoce rursum flere coeperunt Orpha osculata socrum est ac reuersa Ruth adhesit socru suae 1:15 cui dixit Noemi en reuersa est cognata tua ad populum suum et ad deos suos uade cum ea 1:16 quae respondit ne aduerseris

1:1 Now it came to pass in the days when the judges ruled, that there was a famine in the land. And a certain man of Bethlehemjudah went to sojourn in the country of Moab, he, and his wife, and his two sons.

1:2 And the name of the man was Elimelech, and the name of his wife Naomi, and the name of his two sons Mahlon and Chilion, Ephrathites of Bethlehemjudah. And they came into the country of Moab, and continued there.

1:3 And Elimelech Naomi's husband died; and she was left, and her two sons.

1:4 And they took them wives of the women of Moab; the name of the one was Orpah, and the name of the other Ruth: and they dwelled there about ten years.

1:5 And Mahlon and Chilion died also both of them; and the woman was left of her two sons and her husband.

1:6 Then she arose with her daughters in law, that she might return from the country of Moab: for she had heard in the country of Moab how that the LORD had visited his people in giving them bread.

1:7 Wherefore she went forth out of the place where she was, and her two daughters in law with her; and they went on the way to return unto the land of Judah.

1:8 And Naomi said unto her two daughters in law, Go, return each to her mother's house: the LORD deal kindly with you, as ye have dealt with the dead, and with me.

1:9 The LORD grant you that ye may find rest, each of you in the house of her husband. Then she kissed them; and they lifted up their voice, and wept.

1:10 And they said unto her, Surely we will return with thee unto thy people.

1:11 And Naomi said, Turn again, my daughters: why will ye go with me? are there yet any more sons in my womb, that they may be your husbands?

1:12 Turn again, my daughters, go your way; for I am too old to have an husband. If I should say, I have hope, if I should have an husband also to night, and should also bear sons;

1:13 Would ye tarry for them till they were grown? would ye stay for them from having husbands? nay, my daughters; for it grieveth me much for your sakes that the hand of the LORD is gone out against me.

1:14 And they lifted up their voice, and wept again: and Orpah kissed her mother in law; but Ruth clave unto her.

1:15 And she said, Behold, thy sister in law is gone back unto her people, and unto her gods: return thou after thy sister in law.

1:16 And Ruth said, Intreat me not to leave thee, or to return from following after thee: for whither thou goest, I will go; and where thou lodgest, I will lodge: thy people shall be my people, and thy God my God:

Biblia Sacra Vulgata

1:17 Where thou diest, will I die, and there will I be buried: the LORD do so to me, and more also, if ought but death part thee and me.

1:18 When she saw that she was stedfastly minded to go with her, then she left speaking unto her.

1:19 So they two went until they came to Bethlehem. And it came to pass, when they were come to Bethlehem, that all the city was moved about them, and they said, Is this Naomi?

1:20 And she said unto them, Call me not Naomi, call me Mara: for the Almighty hath dealt very bitterly with me.

1:21 I went out full and the LORD hath brought me home again empty: why then call ye me Naomi, seeing the LORD hath testified against me, and the Almighty hath afflicted me?

1:22 So Naomi returned, and Ruth the Moabitess, her daughter in law, with her, which returned out of the country of Moab: and they came to Bethlehem in the beginning of barley harvest.

2:1 And Naomi had a kinsman of her husband's, a mighty man of wealth, of the family of Elimelech; and his name was Boaz.

2:2 And Ruth the Moabitess said unto Naomi, Let me now go to the field, and glean ears of corn after him in whose sight I shall find grace. And she said unto her, Go, my daughter.

2:3 And she went, and came, and gleaned in the field after the reapers: and her hap was to light on a part of the field belonging unto Boaz, who was of the kindred of Elimelech.

2:4 And, behold, Boaz came from Bethlehem, and said unto the reapers, The LORD be with you. And they answered him, The LORD bless thee.

2:5 Then said Boaz unto his servant that was set over the reapers, Whose damsel is this?

2:6 And the servant that was set over the reapers answered and said, It is the Moabitish damsel that came back with Naomi out of the country of Moab:

2:7 And she said, I pray you, let me glean and gather after the reapers among the sheaves: so she came, and hath continued even from the morning until now, that she carried a little in the house.

mihi ut relinquam te et abeam quocumque perrexeris pergam ubi morata fueris et ego pariter morabor populus tuus populus meus et Deus tuus Deus meus 1:17 quae te morientem terra susceperit in ea moriar ibique locum accipiam sepulturae haec mihi faciat Deus et haec addat si non sola mors me et te separauerit 1:18 uidens ergo Noemi quod obstinato Ruth animo decreuisset secum pergere aduersari noluit nec ultra ad suos rediium persuadere 1:19 profectaeque sunt simul et uenerunt in Bethleem quibus urbem ingressis uelox apud cunctos fama percrebuit dicebantque mulieres haec est illa Noemi 1:20 quibus ait ne uocetis me Noemi id est pulchram sed uocate me Mara hoc est amaram quia ualde me amaritudine repleuit Omnipotens 1:21 egressa sum plena et uacuam reduxit me Dominus cur igitur uocatis me Noemi quam humiliavit Dominus et adflixit Omnipotens 1:22 uenit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru sua de terra peregrinationis suae ac reuersa est in Bethleem quando primum hordea metebantur

2:1 erat autem uir Helimelech consanguineus homo potens et magnarum opum nomine Booz 2:2 dixitque Ruth Moabitis ad socrum suam si iubes uadam in agrum et colligam spicas quae metentium fugerint manus ubicumque clementis in me patris familias repperero gratiam cui illa respondit uade filia mi 2:3 abiit itaque et colligebat spicas post terga metentium accidit autem ut ager ille haberet dominum Booz qui erat de cognatione Helimelech 2:4 et ecce ipse ueniebat de Bethleem dixitque messoribus Dominus uobiscum qui responderunt ei benedicat tibi Dominus 2:5 dixitque Booz iuueni qui messoribus praeerat cuius est haec puella 2:6 qui respondit haec est Moabitis quae uenit cum Noemi de regione moabitide 2:7 et rogauit ut spicas colligeret remanentes sequens messorum uestigia et de mane usque nunc stat in agro et ne ad momentum quidem domum reuersa est

Liber Ruth

2:8 et ait Booz ad Ruth audi filia ne uadas ad colligendum in alterum agrum nec recedas ab hoc loco sed iungere puellis meis 2:9 et ubi messuerint sequere mandauit enim pueris meis ut nemo tibi molestus sit sed etiam si sitieris uade ad sarcinulas et bibe aquas de quibus et pueri bibunt 2:10 quae cadens in faciem suam et adorans super terram dixit ad eum unde mihi hoc ut inuenirem gratiam ante oculos tuos et nosse me dignareris peregrinam mulierem 2:11 cui ille respondit nuntiata sunt mihi omnia quae feceris socrui tuae post mortem uiri tui et quod dereliqueris parentes tuos et terram in qua nata es et ueneris ad populum quem ante nesciebas 2:12 reddat tibi Dominus pro opere tuo et plenam mercedem recipias a Domino Deo Israhel ad quem uenisti et sub cuius confugisti alas 2:13 quae ait inueni gratiam ante oculos tuos domine mi qui consolatus es me et locutus es ad cor ancillae tuae quae non sum similis unius puellarum tuarum 2:14 dixitque ad eam Booz quando hora uescendi fuerit ueni huc et comede panem et intingue buccellam tuam in aceto sedit itaque ad messorum latus et congescit pulentam sibi comeditque et saturata est et tulit reliquias 2:15 atque inde surrexit ut spicas ex more colligeret praecepit autem Booz pueris suis dicens etiam si uobiscum metere uoluerit ne prohibeatis eam 2:16 et de uestris quoque manipulis proicite de industria et remanere permittite ut absque rubore colligat et colligentem nemo corripiat 2:17 collegit ergo in agro usque ad uesperam et quae collegerat uirga caedens et excutiens inuenit hordei quasi oephi mensuram id est tres modios 2:18 quos portans reuersa est in ciuitatem et ostendit socrui suae insuper protulit et dedit ei de reliquiis cibi sui quo saturata fuerat 2:19 dixitque ei socrus ubi hodie collegisti et ubi fecisti opus sit benedictus qui misertus est tui indicauitque ei apud quem esset operata et nomen dixit uiri quod Booz uocaretur 2:20 cui respondit Noemi benedictus

2:8 Then said Booz unto Ruth, Hearest thou not, my daughter? Go not to glean in another field, neither go from hence, but abide here fast by my maidens:

2:9 Let thine eyes be on the field that they do reap, and go thou after them: have I not charged the young men that they shall not touch thee? and when thou art athirst, go unto the vessels, and drink of that which the young men have drawn.

2:10 Then she fell on her face, and bowed herself to the ground, and said unto him, Why have I found grace in thine eyes, that thou shouldst take knowledge of me, seeing I am a stranger?

2:11 And Booz answered and said unto her, It hath fully been shewed me, all that thou hast done unto thy mother in law since the death of thine husband: and how thou hast left thy father and thy mother, and the land of thy nativity, and art come unto a people which thou knewest not heretofore.

2:12 The LORD recompense thy work, and a full reward be given thee of the LORD God of Israel, under whose wings thou art come to trust.

2:13 Then she said, Let me find favour in thy sight, my lord; for that thou hast comforted me, and for that thou hast spoken friendly unto thine handmaid, though I be not like unto one of thine handmaidens.

2:14 And Boaz said unto her, At mealtime come thou hither, and eat of the bread, and dip thy morsel in the vinegar. And she sat beside the reapers; and he reached her parched corn, and she did eat, and was sufficed, and left.

2:15 And when she was risen up to glean, Boaz commanded his young men, saying, Let her glean even among the sheaves, and reproach her not:

2:16 And let fall also some of the handfuls of purpose for her, and leave them, that she may glean them, and rebuke her not.

2:17 So she gleaned in the field until even, and beat out that she had gleaned: and it was about an ephah of barley.

2:18 And she took it up, and went into the city: and her mother in law saw what she had gleaned: and she brought forth, and gave to her that she had reserved after she was sufficed.

2:19 And her mother in law said unto her, Where hast thou gleaned to day? and where wroughtest thou? blessed be he that did take knowledge of thee. And she shewed her mother in law with whom she had wrought, and said, The man's name with whom I wrought to day is Boaz.

2:20 And Naomi said unto her daughter in law, Blessed be he of the LORD, who hath not left off his kindness to the living and to the dead. And Naomi said unto her, The man is near of kin unto us, one of our next kinsmen.

Biblia Sacra Vulgata

sit a Domino quoniam eandem gratiam quam praeberat uiuis seruauit et mortuis rursumque propinquus ait noster est homo 2:21 et Ruth hoc quoque inquit praecepit mihi ut tamdiu messoribus eius iungerer donec omnes segetes meterentur 2:22 cui dixit socrus melius est filia mi ut cum puellis eius exeas ad metendum ne in alieno agro quispiam resistat tibi 2:23 iuncta est itaque puellis Booz et tamdiu cum eis messuit donec hordea et triticum in horreis conderentur

2:21 And Ruth the Moabitess said, He said unto me also, Thou shalt keep fast by my young men, until they have ended all my harvest.

2:22 And Naomi said unto Ruth her daughter in law, It is good, my daughter, that thou go out with his maidens, that they meet thee not in any other field.

2:23 So she kept fast by the maidens of Boaz to glean unto the end of barley harvest and of wheat harvest; and dwelt with her mother in law.

3:1 Then Naomi her mother in law said unto her, My daughter, shall I not seek rest for thee, that it may be well with thee?

3:2 And now is not Boaz of our kindred, with whose maidens thou wast? Behold, he winnoweth barley to night in the threshingfloor.

3:3 Wash thyself therefore, and anoint thee, and put thy raiment upon thee, and get thee down to the floor: but make not thyself known unto the man, until he shall have done eating and drinking.

3:4 And it shall be, when he lieth down, that thou shalt mark the place where he shall lie, and thou shalt go in, and uncover his feet, and lay thee down; and he will tell thee what thou shalt do.

3:5 And she said unto her, All that thou sayest unto me I will do.

3:6 And she went down unto the floor, and did according to all that her mother in law bade her.

3:7 And when Boaz had eaten and drunk, and his heart was merry, he went to lie down at the end of the heap of corn: and she came softly, and uncovered his feet, and laid her down.

3:8 And it came to pass at midnight, that the man was afraid, and turned himself: and, behold, a woman lay at his feet.

3:9 And he said, Who art thou? And she answered, I am Ruth thine handmaid: spread therefore thy skirt over thine handmaid; for thou art a near kinsman.

3:10 And he said, Blessed be thou of the LORD, my daughter: for thou hast shewed more kindness in the latter end than at the beginning, inasmuch as thou followedst not young men, whether poor or rich.

3:11 And now, my daughter, fear not; I will do to thee all that thou requirest: for all the city of my people doth know that thou art a virtuous woman.

3:12 And now it is true that I am thy near kinsman: howbeit there is a kinsman nearer than I.

3:13 Tarry this night, and it shall be in the morning, that if he will perform unto thee the part of a kinsman, well; let him do the kinsman's part: but if he will not do the part of a kinsman to thee, then will I do the part of a kinsman to thee, as the LORD liveth: lie down until the morning.

3:1 postquam autem reuersa est ad socrum suam audiuit ab ea filia mi quaeram tibi requiem et prouidebo ut bene sit tibi 3:2 Booz iste cuius puellis in agro iuncta es propinquus est noster et hac nocte aream hordei uentilat 3:3 laua igitur et unguere et induere cultioribus uestimentis ac descende in aream non te uideat homo donec esum potumque finierit 3:4 quando autem ierit ad dormiendum nota locum in quo dormiat ueniesque et discoperies pallium quo operitur a parte pedum et proicies te et ibi iacebis ipse autem dicet tibi quid agere debeas 3:5 quae respondit quicquid praeceperis faciam 3:6 descenditque in aream et fecit omnia quae sibi imperauerat socrus 3:7 cumque comedisset Booz et bibisset et factus esset hilarior issetque ad dormiendum iuxta aceruum manipulorum uenit abscondite et discoperto a pedibus eius pallio se proiecit 3:8 et ecce nocte iam media expauiit homo et conturbatus est uiditque mulierem iacentem ad pedes suos 3:9 et ait illi quae es illaque respondit ego sum Ruth ancilla tua expande pallium tuum super famulam tuam quia propinquus es 3:10 et ille benedicta inquit es Domino filia et priorem misericordiam posteriore superasti quia non es secuta iuuenes pauperes siue diuites 3:11 noli ergo metuere sed quicquid dixeris mihi faciam tibi scit enim omnis populus qui habitat intra portas urbis meae mulierem te esse uirtutis 3:12 nec abnuo me propinquum sed est alius me propinquior 3:13 quiesce hac nocte et facto mane si te uo-

Liber Ruth

luerit propinquitatis iure retinere bene res acta est sin autem ille noluerit ego te absque ulla dubitatione suscipiam uiuit Dominus dormi usque mane 3:14 dormiuit itaque ad pedes eius usque ad noctis abscessum surrexitque antequam homines se cognoscerent mutuo et dixit Booz caue ne quis nouerit quod huc ueneris 3:15 et rursus expande inquit palliolum tuum quo operiris et tene utraque manu qua extendente et tenente mensus est sex modios hordei et posuit super eam quae portans ingressa est ciuitatem 3:16 et uenit ad socrum suam quae dixit ei quid egisti filia narrauitque ei omnia quae sibi fecisset homo 3:17 et ait ecce sex modios hordei dedit mihi et ait nolo uacuum te reuerti ad socrum tuam 3:18 dixitque Noemi expecta filia donec uideamus quem res exitum habeat neque enim cessabit homo nisi compleuerit quod locutus est

4:1 ascendit ergo Booz ad portam et sedit ibi cumque uidisset propinquum praeterire de quo prius sermo habitus est dixit ad eum declina paulisper et sede hic uocans eum nomine suo qui deuertit et sedit 4:2 tollens autem Booz decem uiros de senioribus ciuitatis dixit ad eos sedete hic 4:3 quibus residentibus locutus est ad propinquum partem agri fratris nostri Helimelech uendit Noemi quae reuersa est de regione moabitude 4:4 quod audire te uolui et tibi dicere coram cunctis sedentibus et maioribus natu de populo meo si uis possidere iure propinquitatis eme et posside sin autem tibi displicet hoc ipsum indica mihi ut sciam quid facere debeam nullus est enim propinquus excepto te qui prior es et me qui secundus sum at ille respondit ego agrum emam 4:5 cui dixit Booz quando emeris agrum de manu mulieris Ruth quoque Moabitidem quae uxor defuncti fuit debes accipere ut suscites nomen propinqui tui in hereditate sua 4:6 qui respondit cedo iure propinquitatis neque enim posteritatem familiae meae delere debeo tu meo utere priuilegio quo me liberius carere profiteor 4:7 hic autem erat mos antiquitus in

3:14 And she lay at his feet until the morning: and she rose up before one could know another. And he said, Let it not be known that a woman came into the floor.

3:15 Also he said, Bring the veil that thou hast upon thee, and hold it. And when she held it, he measured six measures of barley, and laid it on her: and she went into the city.

3:16 And when she came to her mother in law, she said, Who art thou, my daughter? And she told her all that the man had done to her.

3:17 And she said, These six measures of barley gave he me; for he said to me, Go not empty unto thy mother in law.

3:18 Then said she, Sit still, my daughter, until thou know how the matter will fall: for the man will not be in rest, until he have finished the thing this day.

4:1 Then went Boaz up to the gate, and sat him down there: and, behold, the kinsman of whom Boaz spake came by; unto whom he said, Ho, such a one! turn aside, sit down here. And he turned aside, and sat down.

4:2 And he took ten men of the elders of the city, and said, Sit ye down here. And they sat down.

4:3 And he said unto the kinsman, Naomi, that is come again out of the country of Moab, selleth a parcel of land, which was our brother Elimelech's:

4:4 And I thought to advertise thee, saying, Buy it before the inhabitants, and before the elders of my people. If thou wilt redeem it, redeem it: but if thou wilt not redeem it, then tell me, that I may know: for there is none to redeem it beside thee; and I am after thee. And he said, I will redeem it.

4:5 Then said Boaz, What day thou buyest the field of the hand of Naomi, thou must buy it also of Ruth the Moabitess, the wife of the dead, to raise up the name of the dead upon his inheritance.

4:6 And the kinsman said, I cannot redeem it for myself, lest I mar mine own inheritance: redeem thou my right to thyself; for I cannot redeem it.

4:7 Now this was the manner in former time in Israel concerning redeeming and concerning changing, for to confirm all things; a man plucked off his shoe, and gave it to his neighbour: and this was a testimony in Israel.

Biblia Sacra Vulgata

Israhel inter propinquos et si quando alter alteri suo iure cedebat ut esset firma concessio soluebat homo calciamentum suum et dabat proximo suo hoc erat testimonium cessionis in Israhel 4:8 dixit ergo propinquus Booz tolle calciamentum quod statim soluit de pede suo 4:9 at ille maioribus natu et uiuerso populo testes inquit uos estis hodie quod possederim omnia quae fuerunt Helimelech et Chellion et Maalon tradente Noemi 4:10 et Ruth Moabitidem uxorem Maalon in coniugium sumpserim ut suscitem nomen defuncti in hereditate sua ne uocabulum eius de familia sua ac fratribus et populo deleatur uos inquam huius rei testes estis 4:11 respondit omnis populus qui erat in porta et maiores natu nos testes sumus faciat Dominus hanc mulierem quae ingreditur domum tuam sicut Rachel et Liam quae aedificauerunt domum Israhel ut sit exemplum uirtutis in Ephrata et habeat celebre nomen in Bethlehem 4:12 fiatque domus tua sicut domus Phares quem Thamar peperit Iudae de semine quod dederit Dominus tibi ex hac puella 4:13 tulit itaque Booz Ruth et accepit uxorem ingressusque est ad eam et dedit illi Dominus ut conciperet et pareret filium 4:14 dixeruntque mulieres ad Noemi benedictus Dominus qui non est passus ut deficeret successor familiae tuae et uocaretur nomen eius in Israhel 4:15 et habeas qui consoletur animam tuam et enutriat senectutem de nuru enim tua natus est quae te diligit et multo tibi est melior quam si septem haberes filios 4:16 susceptumque Noemi puerum posuit in sinu suo et nutricis ac gerulae officio fungebatur 4:17 uicinae autem mulieres congratulantes ei et dicentes natus est filius Noemi uocauerunt nomen eius Obed hic est pater Isai patris David 4:18 hae sunt generationes Phares Phares genuit Esrom 4:19 Esrom genuit Aram Aram genuit Aminadab 4:20 Aminadab genuit Naasson Naasson genuit Salma 4:21 Salma genuit Booz Booz genuit Obed 4:22 Obed genuit Isai Isai genuit

4:8 Therefore the kinsman said unto Boaz, Buy it for thee. So he drew off his shoe.

4:9 And Boaz said unto the elders, and unto all the people, Ye are witnesses this day, that I have bought all that was Elimelech's, and all that was Chilion's and Mahlon's, of the hand of Naomi.

4:10 Moreover Ruth the Moabitess, the wife of Mahlon, have I purchased to be my wife, to raise up the name of the dead upon his inheritance, that the name of the dead be not cut off from among his brethren, and from the gate of his place: ye are witnesses this day.

4:11 And all the people that were in the gate, and the elders, said, We are witnesses. The LORD make the woman that is come into thine house like Rachel and like Leah, which two did build the house of Israel: and do thou worthily in Ephratah, and be famous in Bethlehem:

4:12 And let thy house be like the house of Pharez, whom Tamar bare unto Judah, of the seed which the LORD shall give thee of this young woman.

4:13 So Boaz took Ruth, and she was his wife: and when he went in unto her, the LORD gave her conception, and she bare a son.

4:14 And the women said unto Naomi, Blessed be the LORD, which hath not left thee this day without a kinsman, that his name may be famous in Israel.

4:15 And he shall be unto thee a restorer of thy life, and a nourisher of thine old age: for thy daughter in law, which loveth thee, which is better to thee than seven sons, hath born him.

4:16 And Naomi took the child, and laid it in her bosom, and became nurse unto it.

4:17 And the women her neighbours gave it a name, saying, There is a son born to Naomi; and they called his name Obed: he is the father of Jesse, the father of David.

4:18 Now these are the generations of Pharez: Pharez begat Hezron,

4:19 And Hezron begat Ram, and Ram begat Aminadab,

4:20 And Aminadab begat Nahshon, and Nahshon begat Salmon,

4:21 And Salmon begat Boaz, and Boaz begat Obed,

4:22 And Obed begat Jesse, and Jesse begat David.

Liber Ruth

Dauid

Biblia Sacra Vulgata
